



Ms. 448.



19.
DECANVS
ORDINIS PHILOSOPHICI
CHRISTIAN. GOTL. SCHVVARZIVS

AD
ORATIONEM I

DE
EXEMPLIS QVIBVSDAM ANTIQVAE
NOBILITATIS GENEROSISSIMARVM FAMI-
LIARVM NORIMBERGENSIVM
AVDIENDAM
LECTOREM BENEVOLVM

INVITAT
ET HOC ANTELOGIO
NORIMBERGENSES QVOSDAM DE SACRIS
EMENDATIS BENEMERITOS
RECENSERE PERGIT.

ALTORFII

TYEIS IODOCI GVIL. KOHLESII ACAD. TYPOGR.
(N. XXII)

DECANVS
ORDINIS RHENOSOPHICI
CHRISTIAN. GOTT. SCHIVARZIVS

AD
ORATIONEM I.

DE
EXEMPLIS QVIBVS DAM ANTIQVAE
MOBILITATIS GENEROSISSIMARVM TAM
LITV. NORIMBERGENSIVM

AVDIENDAM
LECTOREM BENEFICIVM

LEVIAT
ET SOC. ANTIQVIO
NORIMBERGENSES QVOD DAM DE SACRIS
FIDELITATIS BENEFICITOS
RECENSERE PERGIT

ALLOTRII

AD. PROLOG.

KOEN. FRIED.
UNIVERS.
ZU HALLE



Q. D. B. V.



VM NORIMBERGENSES quosdam de sacris re-
purgatis, ac nominatim de formula
Confessionis Augustanae, bene meritos, re-
censere instituerem; occasione comicio-
rum Augustanorum, anno clō 10 xxx
celebratorum, mihi succurrerunt duo
egregii inclutae Reipublicae Norimber-
genſis Senatores, CHRISTOPHORVS uidelicet KRESSIVS, et CLE-
MENS VOLCAMERVS, qui auctoritate illustris SENATVS, ad illa
ipſa comicia fuerant ablegati. De natalibus et gente KRESSII CHRI-
iam alibi non nihil dixi. Cuius Parentes optimi nihil curae STOPH.
operaeque reliquum fecere, ut *Generosa in ortus semina exur.* KRESSIVS
gerent suos. Hi satis numerosam procreant sobolem. Prae-
ter quinque enim filias, et tres filios, in primo aetatis flore
extinctos, habebant tres filios superstites, paternae auitaeque
gloriae aemulos felicissimos: GEORGIVM nempe KRESSIVM, qui
rei militari deditus in uariis bellis praeliisque animi sui praesen-
tiam atque fortitudinem satis restatus, a. clō 10 xxxiiii obiit;

deinde, ANTONIVM KRESSIVM, (*) Iuris utriusque Doctorem, Praepositum Aedis Diui Laurentii Norimbergenfium, et Canonicum Ratisponenfem, anno c15 15 XIII Norimbergae uita defunctum; ac tandem CHRISTOPHORVM KRESSIVM, de quo agere iam ingreffus fum. Hic, uti mature pacis bellicae artibus imbutus fuerat; ita aetate progressus parentum spes et uota feliciffime expleuit. Cum anno quarto faeculi decimi sexti, inter ALBERTVM, Bauarum, cognomento Sapientem, et RVPERTVM, Palatinum, PHILIPPI, Principis Electoris, filium, graue exardesceret bellum; cui, ex mandato MAXIMILIANI I, Imperatoris, qui RVPERTVM profcripserat, se etiam ingerere deberent Norimbergenfes, in horum copiis, ac quidem inter equites, uoluntariam militiam tunc, una cum fratre GEORGIO, professus CHRISTOPHORVS KRESSIVS, rem bene gessit; haud secus, ac aliquoties ex ludis exercitiisque equestribus, Norimbergae celebratis, insignem agilitatis ac roboris laudem retulit. Quo ipso imitatus est laudabile ueterum Romanorum exemplum; quorum iuuenes, cum non satis haberent, literarum studiis operam nauare, in castra profecti stipendia merebant, etiam quibus animus non esset ad altiores militiae gradus enitendi; ne postea senatores, aut proconsules, ignari essent rerum bello gerendarum. Cum CHRISTOPHORVS non certius arctiusque Patriae posset fidem suam obligare, et luculentius industriae ac rei bene gerendae documentum dare, quam matrimonio inuito, et re familiari recte curata; iam anno eiusdem faeculi decimo tertio, die XVII Ianuarii, domum duxit Virginem primariam, omnibusque uirtutibus, quae in sexum elegantiore conueniunt, ornatiffimam, HELENAM, ex STEPHANO TVCHERO, et VRSVLA, ortu MVFFELIA, parentibus generosiffimis laudatiffimis-

(*) *Antoni Kressii uitam a Christophoro Scheurlio descriptam, et a nobis alibi laudatam, Pirckheimerianis operibus adiecit Goldastus.*

firmisque, procreatam. Quarum nuptiarum selemnitate, praeter alios proceres, spectataeque dignitatis hospites, praesentia sua illustravit HIPPOLYTUS ESTENSIS, Pater purpuratus, ALPHONSI, Ducis Ferrariae, frater, qui tunc forte uenerat Norimbergam. Quod matrimonium, etsi fecunditate destitueretur, mira tamen coniugum concordia, animorumque consensione, fuit felicissimum. Quemadmodum uero eximiae animi dotes in CHRISTOPHORO iam a primis annis eluxerant; ita is eodem anno clo Io xiii dignus habitus est, qui inter Senatores consulares perillustres Reipublicae Norimbergensis allegeretur. Hic cum amplissimum campum uirtutum suarum explicandarum sibi apertum inuenisset, nihil praetermisit, quo prudentiam et dexteritatem in rebus agendis, ac candorem, fidem, et pietatem, in omni negotio, optimo cuique facile comprobaret. Ideo iam mature rebus arduis expediendis adiuuari coepit. Cum, sub finem anni clo Io xxii, de auxilio contra Turcas ferendo, item et de causa religionis, grauaminibusque Nationis Germanicae, Norimbergae haberentur comitia, quae et in annum sequentem sunt protracta, et ad quae *Franciscus Cheregatus*, Nuntius *Adriani* vi, missus erat, ut executionem edicti Wormatiensis aduersus Lutherum peteret; tunc in iisdem comitiis, nomine et iussu incluti SENATVS NORIMBERGENSIS, res prudentissime egerunt, IACOBVS MUFFEL, et CHRISTOPHORVS KRESSIUS. Quin et, cum anno clo Io xxv socii foederis Suevoici aduersus rusticam, eamque seditiosam, plebem deducerent exercitum; iis sociis a consiliis rei militaris aderat idem KRESSIUS, una cum CLEMENTE VOLCAMERO. Sic et anno infrequenti, cum Germaniae Principes admodum frequentes conuenissent Spiraee, et ex omni Principum et Ordinum numero certi quidam essent delecti, qui coniunctis consiliis de rebus propositis inter se conferrent; in his etiam fuit KRESSIUS

Norimbergicus. (*) Quo ipso anno idem inter Septemuiros illustris Senatus Reipublicae patriae cooptatus erat. Anno cło Io xxx, d. xxvi Febr. hoc est, die tertio post, quam gloriosissimus CAROLVS V Bononiae a Pontifice Romano ritu solennissimo Imperator Romanorum inauguratus esset, *Kressius* ab indulgentissimo IMPERATORE insigne obtinuit priuilegium, facultatemque de *Feudis*, quae ab Imperatore et Imperio habebat, libere disponendi, eademque ad uxorem, filios, uel filias, aliosque, pro lubitu transferendi, aut uendendi. (**) Credo, CHRISTOPHORVM tunc Bononiam profectum fuisse, ut IMPERATORI, ex Hispania reduci, et nunc a Pontifice inaugurato, Reipublicae patriae nomine gratularetur. Inter tot uero res praeclare administratas, nihil illustrius, et ad omnis posteritatis memoriam perennius, is egit, quam cum eodem anno cło Io xxx, ad solennissima comitia, Augustae Vindelicorum celebrata, una cum CLEMENTE VOLCAMERO, publica auctoritate missus, partes sibi concreditas incredibili cura et cautione obiit, ac post ELECTOREM SAXONIAE, aliosque quatuor S. R. I. PRINCIPES, nomine SENATVS MAGISTRATVSQUE NVRNBERGENSIS, formulæ CONFSSIONIS AVGVSTANAE, subscripsit, (***) accedente tunc ex S. R. I. Ciuitatibus uno adhuc SENATV REYLINGENSI. Die enim Saturni, qui erat xxv Iunii, IOHANNES, Elector Saxo, GEORGIVS, Marchio Brandenburgicus, ERNESTVS, Dux Luneburgensis, VVOLEGANGVS, Princeps Anhaltinus, Legatique NORIMBERGENSES, et REYLINGENSES, tertia post meridiem hora, coram IMPERATORE Augustissimo, CAROLO V, ac Serenissimo Rege, FERDINANDO, comparuerunt, et

(*) Vide *Steidanum*, de Statu religionis, Libr. VI, ad A. 1526, pag. 147.

(**) Huius priuilegii mentio etiam fit in *Indice feudorum imperialium*, in *Dom. de Ludevvig Comment. ad A. B. Tom. II*, pag. 1103.

(***) Vnde quidam hoc Chronographon effinxit:

CHRISTOPHORVS CRESS, SENATOR NORICVS, 3VBS CRIPSIT
AVGVSTAE CONFSSIONEM.

et in confefſu ELECTORVM, aliorumque PRINCIPVM et ORDINVM IMPERII, exhibuere *Confefſionem doctrinae ſuae*, Germanice Latineque ſcriptam. Haec Germanica dum publice praelegebatur, ſtare quidem uolebant, Elector, et Confortes; ſed conſidere ab Imperatore moniti ſunt. Quae praeterea ibi ſingulis diebus, maxime in religionis negotio, geſta et pertractata fuerint; ea omnia, epiftolis ſolertiſſime ſcriptis, (quae adhuc ſeruantur in *Archiuo Norico*,) retulere Legati Norimbergenſes ad Senatum ſapientiſſimum. Alii autem, qui CHRISTOPHORO KRESSIO, et CLEMENTI VOLCAMERO, tunc adiuncti, ſubmiſſique, fuere, alio tempore commemorabuntur. Neque uero nullum uirtutis ſuae praemium inde retulit KREſſivs. Etenim in iisdem comitiis, die quidem xxv Iulii, propter ſua, ſuorumque Maiorum, eximia merita, ſingularis gratiae Caefareae monumentum confeſtus eſt, Diplomate gratis impetrato, quo clementiſſimus IMPERATOR, CAROLVS V, antiqua nobilitatis equeſtrisque dignitatis iura, et Inſignia iam ante ducentos et quinquaginta annos, prout in Diplomate legimus, a GENTE KREſſIORVM uſitata, non ſolum confirmauit, ſed et auxit. Ornauit enim *Scutum Kreſſianum* Galea aperta, quae *torneamentalis* ibi diſta, coronam habet impoſitam, et pinnas pauonias in apice geſtat. Deinde permittit Kreſſiis, ut praedio Kraftshofiano, quod per tria fere ſaecula ab Imperatore et Imperio lege beneficiaria poſſederint, imponerent nomen *Kreſſenſteinii*, inde *Kreſſi a Kreſſenſtein* cognominandi; ac praeterea uoluit, ut in literis ſignandis ceram rubram adhiberent, et ceteroquin omnibus iuribus et priuilegiis equeſtris dignitatis, in *torneamentis*, et in capeſſendis beneficiis *Cathedralium Eccleſiarum*, fruereſentur. Sic CHRITOPHORVS, honore, et rei bene geſtae gloria, ornatus, ubi Norimbergam rediit, haudquaquam ſubſtitit in laudis curriculo; ſed in dies magis de patria, deque re ſacra, bene mereri anniuſus eſt. Inde et exeunte eodem anno clo lxxx, cum Prin-

ceps

ceps Elector Saxoniae, dimissis literis, Ordines Confessioni Augustanae addictos hortatus esset, ut ad xxii Decembris Smalcaldiae conuenirent, et foederis inter se ineundi formulam conciperent, non quidem offendendi cuiuspiam, sed sui defendendi, causa; illuc nomine Ciuitatis Norimbergensis ablegati fuere, CHRISTOPHORVS KRESSIVS, et LEO SHVSTABIVS; qui de ceteris quidem rebus arduis ibi propositis sapienter deliberarunt; de certis autem auxiliis promittendis se nondum satis instructos esse, sunt professi. Longum foret, omnia ea recensere, quae, quanta cum prudentia, tanta cum nominis sui laude, praestitit hic Senator grauissimus. Vnde fieri non potuit, quin suis sibi uirtutibus, et CAESARIS, REGISQUE ROMANORVM, et multorum S. R. I. PRINCIPVM PROCERVMQUE, gratiam ac fauorem facile conciliarit. Id quod testantur tot reliquae literae, a FERDINANDO I, Rege, a GEORGIO, Marchione Brandenburgico, ab ERNESTO, Landgrauiio Hassiae, a VVILHELMO, Comite Palatino Rheni et Duce Bauariae, a GEORGIO, Landgrauiio Leuchtenbergensi, a GABRIELE, Comite Ortenburgensi, et a multis aliis Proceribus, Aulaeque Caesareae ministris, ad CHRISTOPHORVM KRESSIVM tunc scriptae, quae adhuc a Generosissima KRESSIORVM Gente asseruantur. E quibus omnibus nunc unicum exemplum literarum FERDINANDI I, Gloriosissimi Romanorum Regis, et postea Imperatoris, iam afferre uisum est:

FERDINAND von Gots Genaden Romischer Kunig zu allen zeiten Merer des Reichs. Lieber getreuer. Wir sind glaublich bericht vnd erinnert, das du dich an der Römischen Kaiserlichen Majestät, Vnserm liben Bruder vnd Herrn, auch vns als Römischen Kunig, bisher so ganntz gehorsamlich vnd wol gehalten habest. Wölche auch bey Vnsern vnd des Reichs lieben getreuen N. Burgermeistern vnd Rat der Stat Nurmberg wol vnd fruchtparlich erschiffte. vwie wir dann aus Irer Ordnung vnd fürsehung, so Sy zu abstellung des
Lauffs

Lauffs der Knechte fürgenommen, spürn vnnnd befinden. Des wir
sonnder gnedigs Wolgefallen getragen. Solches in Genaden
gegü dir zeerkennen. Wir schreiben auch hieneben den von
Nürnberg. vwie du vernemen vvirdest. das vvolten wir dir
gnediger mainung nit verhalten. Geben in Vnserm Schloss
zu Prag, dem Siebenzehenden tag des Monats Aprilis. Anno
Dom. in xxxiiii. Vnserer Reiche des Römischen im vierten
vnnnd der andern im achten. Ferdinand. Ad manda-
tum Dñi Regis proprium. Henner, etc. Inscriptio: Vnserm
vnnnd des Reichs lieben getreuen Christoffen Kressen. His
fubiicere adhuc uisum est exemplar literarum, quas PHILI-
PVS, Magnaminus ille Landgravius Hassiae, manu sua scripsit
ad eundem Kressium. Lieber Cristoffel Kres. Ich hab dein
Schreiben gelesen, vnnnd genungsam verstanden. Ich halt aber,
du habst numehr genugamen Bepfel vor mir bey meinen eigen
Botten, vwie du es mit Gelt vnnnd sunst halten solst. Auch vvas
mein Begebrich an deine Herren Eltern zu Nürnberg der Haubt-
Leut halben. Do beger ich noch, man vvolle mir zum vvenigsten
den Gundelfinger folgen lassen. Wie du mir aber geschrieben
hast, vwie die gross Sach stehe, die steht GOt lob vwohl. ich
hoff das Original (*) zu bekommen. darzu so seynt Leut guung
vorhanden. so hoff ich, es soll am Gelt auch nit fehlen. so schickt
sich es recht. In denmarckts warten alle meine Gesellen. ich
hoff, es soll recht thun. ob GOt vvil. Das aber ein vvenig
langsam zugehet, ist nit mein Schult, sondern meins Gesellen.
ein gut Werck vvil vveil han. man solls, ob GOt vwill, bald in-
nen werden. Ich bedanck mich des erbiettn deiner Herren, vnnnd
zweiffel garr nit, sie werden halten, das sie mir vnnnd meinem
Gesellen zugesagt haben, vnnnd mir thun. Vnd sage dein Herrn,
)((das

(*) Indicatur Achetypon foederis, quod a quibusdam Catholicis aduersus
Euangelicos opprimendae religionis causa A. 1527 initum esse, dixerat
Otto Packius, unus ex primis Georgii, Saxoniae Ducis, consiliariis. Vide
Steidannum, Comment. de statu relig. Libr. VI, pag. 164; et Seikenore-
sum, de Luteranismo, Libr. II, Sect. 13, §. 35, seqq.

das sie getrost sein, und erschrecken nit vor einem iglichen Winde, es soll besser wwerden, dann sie meinen. Weis ich dir Gnad, desgleichen dein Herrn alles gut, zu beuweisen, findt ihr mich wvillig, und versuchs einmal, vvenn euch Not angehet. Die zugeschickten neuen Meer gefallen mir vvoll, nach gelegen Sachen. Was du mehr neues erfärsst, das vvarhafftig ist, das thue mir vff mein Costen zu wvissen. Dat. Cassel, den Oster-Montag. Philips L. z. Hessen Inscriptio: Unserm lieben Christof Kressen zu Nürnberg. Zu eigenen Handen. Tacco nunc, FERDINANDVM, Regem Romanorum, luculento gratiae argumento, aliquando Christophoro huic Kressio uestem et pileum fasciculo plumarum ornatum donasse. Hic uero interea, ne id praeteream, A. cloloxxxii ad dignitatem Triumviri Reipublicae Patriae prouectus erat. Tandem autem, post tot indefessas curas, grauiaque negotia exantlata, et post testamentum de maioratu Gentis Kressianae, uariisque legatis ad pias caussas, conditum, anno cloloxxxv, d. xv Decembris, pie placideque diem supremum obiit; cuius exuiuae decenti ritu Kraftshofium fuere delatae.

CLEMENS
VOLCA-
MER,

Iam sequitur, ut hoc loco etiam CLEMENTIS VOLCAMERI memoriam recolam, qui et de republica patriae, et de emendata religione, praeclare meritus fuit, uir cordatus, prudens, priscae fidei et uirtutis laude insignis; qui non minus luminis attulit gloriae Maiorum suorum, quam ab iis acceperat. De qua uetusta et generosissima VOLCAMERORVM Gente alias ex instituto erit agendum. Hic anno cloccccxv, d. xxii Decembris, auspiciato prodierat in lucem. Patrem habuit PAVLVM VOLCAMERVM, Senatorem primarium, et Duumvirum inclutae Reipublicae Norimbergensis, iam anno clolovv mortuum. Matrem coluit APOLLONIAM, Matronam gentilitiis aequae, ac suarum uirtutum, ornamentis illustrem, ANDRAEAE HALLERI, et APOLLONIAE GEYDERIAE, filiam; quae postea uotis secundis in manus

CASPARIS

CASPARIS PAVMGARTNERI uenit. CLEMENS iis instructus arti-
bus uirtutibusque, quae homini loco nobili nato sunt de-
cori, iam anno cōlo xviii Ordini senatorio adscriptus est.
Matrimonii pacto sibi anno cōlo xv iunxerat ANNAM, uir-
ginem tunc primariam, dotibusque egregiis florentissimam,
ex SEBALDO SCHVRSTABIO, Senatore Norimbergensi, et ANNA
ORTU GROSSIA, prognatam. Hunc VOLCAMERVVM, una cum CHRIS-
TOPHORO KRESSIO, anno cōlo xxxv sociis foederis Sueuici,
exercitum aduersus rusticos seditiosos ducentibus, consiliis et
opera adfuisse; item et anno cōlo xxx, publica perillustris SE-
NATVS NORIMBERGENSIS auctoritate, ad solenniſſima illa comitia
Augustana, in quibus *Confessionis Augustanae* formula ab *Euange-
licis* Augustissimo Imperatori, CAROLO V, confesluiuque Prin-
cipum et Ordinum Imperii, fuit exhibita, ablegatum fuisse, et
utrobique rem praeclare, et cum immortalis nominis sui
laude, gessisse, paullo ante iam commemorauit. Cum
anno cōlo xxxi Pannoniarum Regina, MARIA, et GEORGIVS,
Marchio Brandenburgensis, Norimbergam publico comi-
tatu aduentarent, serenissimos hos Principes, Senatus
Norimbergensis nomine, rite exceperunt, iisque cultum
decentem testati sunt, CLEMENS VOLCAMERVS, et IOH. GEV-
DERVS. VOLCAMERVS, aetate meritisque progressus, anno
cōlo xxxvi ad dignitatem septemuiralem Reipublicae patriae
processit; quam spartam egregiis meritorum accessionibus
usque ad extremum uitae finem ornauit. Anno cōlo xxxxi
animam DEO Creatori et Seruatori reddidit, retinen-
tissimus fidei, et repurgatae religionis, quam in comi-
tiis Augustanis magno animo publice professus erat. Plu-
ra, quae de eo memoranda erant, haec charta non capit.


Quamobrem nunc,

MAGNIFICVM ACADEMIAE RECTOREM,
GENEROSISSIMVM OPIDI AGRIQVE ALTORFINI PRAEFECTVM,
CELEBERRIMOS OMNIVM ORDINVM PROFESSORES,

item-

itemque CIVES ACADEMIAE GENERIS ET VIRTUTIS
 DOCTRINAEQUE LAUDE FLORENTISSIMOS,
 ea, qua par est, obseruancia et humanitate, rogo, ut cra-
 stino die, hora VIII antemeridiana, orationi publicae inter-
 esse ne grauentur. Surget enim Iuuenis eximio ingenio,
 praeclaraque doctrina, et rectissimis moribus, praeditus,
 Dom. GUSTAVVS GEORGIVS KOENIGVS, Alcorfinus, apte do-
 cteque dicturus de *exemplis quibusdam uetustae nobilitatis Ge-
 nerosissimarum Familiarum Norimbergensium.* Et in praesenti
 quidem potissimum recolet praecipua quaedam lumina illu-
 strium Gentium, GEVDERIANAE, VOLCAMERIANAE, et EBNE-
 RIANAE; e quibus hodie, magno cum Patriae commodo,
 huiusque acui ornamento, tres primarii PERILLVSTRIS REI-
 PVBLICAE NORIMBERGENSIS SENATORES, et TRIVMVIRI, emi-
 nent, florentque; qui ut quamdiutissime adhuc sospites sal-
 uique de publica re bene mereantur, meritorumque suorum
 fructus capiant uberrimos, a DEO IMMORTALI omni animo-
 rum religione precamur. Neque uero KOENIGVS noster lu-
 culentius industriae suae, et pietatis erga Patriam, Patriae-
 que Proceres, specimen dare posse uidebatur, quam hoc
 ipsum argumentum pro uirili parte explicaturus. Quem
 ceteroquin ad praeclara quaeque contendentem, non solum
 patriae curae et uota honoratissimorum PARENTVM, sed etiam
 exempla aui proauique materni, BRVNONVM, Doctorum de
 hac Academia quondam optime meritorum, maiorem in
 modum confirmant. Cuius laudabilissimis cona-
 tibus uti iure meritoque fauemus; ita ei por-
 ro fortunatos rerum studiorumque suc-
 cessus ex animo optamus.

P. P. ANNO R. S. MDCCCXXXVII, DIE XVII SEPTEMBRIS,
 QVO DIE INCLVTA ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA SOLEN-
 NITER INAVGVRA TVR: CUI OMNEM FELICITATEM
 IVCVNDITATEMQUE PIE COMPRECAMVR.





Nr 907. 8v

X 2284906

ULB Halle

005 391 881


3



h. 5.







19.

DECANVS
ORDINIS PHILOSOPHICI
CHRISTIAN. GOTL. SCHVVARZIVS

AD
ORATIONEM I
DE

EXEMPLIS QVIBVSDAM ANTIQVAE
NOBILITATIS GENEROSISSIMARVM FAMI-
LIARVM NORIMBERGENSIVM

AVDIENDAM
LECTOREM BENEVOLVM

INVITAT
ET HOC ANTELOGIO
NORIMBERGENSES QVOSDAM DE SACRIS
EMENDATIS BENEMERITOS
RECENSERE PERGIT.

ALTORFII

TYPIS IODOCI GVIL. KOHLESII ACAD. TYPOGR.
(N. XXII)